

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3002

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1155, 1 février

Lieu d'émission : Bénévent

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle du Pape Adrien IV. confirmant aux religieux du Mont St Michel, leurs possessions, entr'autres, l'Eglise de Carteret, l'île de Chausey, tout ce qu'ils ont en l'île de Jersey, une quatrième partie de l'île de Guernesey, et dans la même île les églises de St Sauveur, de Ste Marie du Castel, de St Michel du Vale, de St Pierre du Bois, de Ste Marie de Lihou, les chapelles de St Magloire et de St George, et l'île de Jethou avec son église (vidimus d'Étienne, évêque de Dol).

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 10, p. 15-19.

Dissertation critique

Étienne, évêque de Dol, 1242/1243-1265.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Stephanus ecclesie Dolensis minister humilis salutem in Domino. Noveritis nos litteras domini pape vidisse et diligencius inspexisse non abollitas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas in hec verba :

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Roberto monasterii Sancti Michaelis de periculo maris abbati ejusdemque loci fratibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robor, quod absit, sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis justis modis deo poterit adipisci propicio firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec duximus propriis exprimenda vocabulis, ecclesias in castro Montis sitas cum redditibus et dignitatibus ejus tam ecclesiasticis quam secularibus, villam que vocatur Genetium cum ecclesia ipsius et cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Clementis, villam que vocatur Drage cum ecclesia ; ecclesiam Sancti Michaelis de Lupis ; ecclesiam de Sartilieio, Ardevon cum ecclesia

et omnibus pertinentiis suis, villam de Belveir cum ecclesia, villam de Passibus cum ecclesia, villam de Cureio cum ecclesia, villam de Huisnis cum ecclesia, villam que Crux vocatur cum pertinentiis suis, Baleent cum pertinentiis suis, Burgum Bevronis cum pertinentiis suis, ecclesiam de Caugeio cum pertinentiis suis, ecclesias Pontisursonis cum decimis reddituum ipsius castri, Capellam Hamelini cum pertinentiis suis ; in episcopatu Constanciensi villam Sancti Paterni cum ecclesia et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Johannis de Campis, ecclesiam Sancti Panchracii, ecclesiam de Cohevilla, ecclesiam de Fulcerevilla cum ipsa villa et pertinentiis suis, villam de Centhot, terram de Eestrees, ecclesiam de Quartraht ; insulam Causum ; quicquid habetis in insula que vocatur Jersioium ; in insula Guernereii quartam partem ; in eadem insula ecclesiam Sancti Salvatoris, ecclesiam Sancte Marie de Castro, ecclesiam Sancti Michaelis de Walo, ecclesiam Sancti Petri de Bosco, ecclesiam Sancte Marie de Lishou, capellam Sancti Maglorii et capellam Sancti Georgii ; insulam que vocatur Guetehou cum ecclesia ; in episcopatu Baiocensi villam que vocatur Donnus Johannes cum pertinentiis suis, villam que vocatur Bretevilla cum ecclesia et pertinentiis suis ; villam que dicitur Versun cum pertinentiis suis, ecclesiam de Evrece cum pertinentiis suis ; ecclesiam dEscai cum pertinentiis suis ; in episcopatu Rothomagensi in ipsius urbis foro ecclesiam Sancti Michaelis ; in episcopatu Lexoviensi prata quedam in villa que dicitur Pons Episcopi ; in episcopatu Carnotensi villam que dicitur Gohere cum ecclesia et pertinentiis suis ; villam que dicitur Poleium de feodo Odonis Borrel cum ecclesia et pertinentiis suis ; in episcopatu Cenomannensi cellam Sancti Victorii, in suburbio ipsius urbis cum burgo ipsius suburbii cum omnibus justis consuetudinibus tam vini quam aliarum rerum venalium et aliis pertinentiis suis, in eodem suburbio ecclesiam Sancti Johannis cum pertinentiis suis, ecclesiam de Livare cum pertinentiis suis, ecclesiam de Montenai cum pertinentiis suis ; Villarenton cum pertinentiis suis ; vineas quas habetis apud castrum Siglleium ; in episcopatu Toranensi terras et vineas quas habetis juxta ipsam civitatem ; in episcopatu Andegavensi in ipsa civitate domum unam et vineas et terram juxta urbem, ecclesiam de Criant ; in Britannia in episcopatu Dolensi Montem Roauth cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Broelardi cum pertinentiis suis ; villam Prestram, villam Melven et Landevi ; in episcopatu Aletensi ecclesiam Sancti Melorii cum pertinentiis suis ; ecclesiam Sancti Tigali cum pertinentiis suis ; in episcopatu Sancti Corenthini ecclesiam Sancti Michaelis de Cornugallie ; in episcopatu Redonensi villam que dicitur Vilamers cum ecclesia et pertinentiis suis, ecclesiam de Polleio ; in Anglia in episcopatu Exoniensi cellam Sancti Michaelis de Monte Cornubie cum pertinentiis suis ; villam Otritone cum ecclesia et pertinentiis suis ; Sedemue et ecclesiam ipsius, ecclesiam de Eudebere ; Wiscumbam, Estolleiam, Erticumbam et ecclesiam ; villam que vocatur Bodelai ; in episcopatu Wintoniensi ecclesias tres in villa que dicitur Basinges, ecclesiam Basingestoché ; in episcopatu Salesberiensis ecclesiam Saliburne ; ecclesiam Hectone ; in episcopatu Batensi ecclesiam de Mertoeh cum pertinentiis suis ; in episcopatu Heliensi ecclesiam de Wilburhan ; in episcopatu Dunelmensi villam que dicitur Wath cum ecclesia et cum omnibus hiis que ad eandem villam pertinere noscuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare ; sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum apostolice sedis auctoritate et dyocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temere temptaverit secundo terciove commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque dignitate sui careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat, Cunctis autem eidem loca sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiam et apud districtum judicem premia pacis eterne inveniam. Amen.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus subscripsi.

+ Ego Ysmarus Tusculanensis episcopus subscripsi.

+ Ego Censius Portuensis et Sancte Rufine episcopus subscripsi.

+ Ego Odo dyaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

+ Ego Guido presbiter cardinalis tituli sancti Grisogoni subscripsi.

+ Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte Praxedis subscripsi.

+ Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in Celcio Monte subscripsi.

+ Ego Henricus presbiter cardinalis tituli Sanctorum Nerei et Achillei subscripsi.

Datum Beneventi per manum Rollandi Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, idus Februarii, indictione quarta, incarnationis dominice anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, pontificatus vero domini Adriani pape quarti anno secundo.

